








496.

Frühling 1870,

De vos indications ex promises.



44/66611

THE
LIBRARY
OF THE
MUSEUM OF
ART AND HISTORY
OF THE
CITY OF
NEW YORK

NEW YORK
1883



XII

THESES
DE
CONDITIONIBUS
EX
PROMUTUO:

Quas,
Divina favente gratia:

Sub

PRÆSIDIO
Clarissimi & Excellentissimi
viri, Dn.

Hieronymi Treutleri J. U. D.

& in

Celeberrima Academia
Marpurgensi
Professoris Ordinarii,

Suis Collegis
Disputandas 4. Calend. Febr.
proposuit

M. DAVID SCHMALCALDER
Marpurgensis.



MARPURGI,
Excudebat Paulus Egenolphus.
M. D. XCII.

Dn.
BARTHOLOMAEO MEYER,

VIRO
Reverendo & clarissimo;

Ecclesiarum
CHRISTI
Per Hassiam Inferiorem
Præsidi & Inspectori
fideliſſimo,

Dn.
Affini, & Patrono
ſuo
plurimum colendo,

HASCE
Concluſiones ſuas,

In
Obſervantiæ
&

Grati animi
Teſtimonium
offert

RESPONDENS:

380/44/66611(0)



Disputatio XXII.

DE CONDICTIONIBVS EX PROMVTVO.

Respondente Davide Smalkalder Marpurgensi.

Thesis I.



Conditio indebiti a ex promutuo b, ad imitationem conditionis ex mutuo c introducta, aliquot d sub se speciales conditiones continet: quarum prima conditio ob causam dati est actio in personam, qua ob causam e datum f, causâ eâ non secutâ, repetimus g.

a) quæ tam ex proprio quàm improprio contractu competit l. 2. pr. de cond. ind. l. 8. C. eod. l. 5. l. pen. de cond. caus. dat. l. 13. §. fin. commod. l. 13. §. 1. de don. mort. caus. l. 14. pr. de solut. Don. rubr. de reb. cred. n. 23. & toties, quoties res vel obligatio aliqua sine causâ, atq; adeò indebitè, siue ratione dantis, siue accipientis alteri est adquisita, datur l. 19. §. 1. de cond. ind. l. 10. C. de cond. ob caus. Cuj. par. C. de cond. ex L. per l. 66. de cond. ind. Hinc vetus interpretes Steph. eam generalem vocat, quem sequitur Cuj. par. C. de cond. ob caus. propter l. 65. pr. de cond. ind. & rubr. Si cert. pet. quia ex omnibus contractibus generalem promittit actionem; vide disp. 20. th. 10. lit. B. & confer Don. ad rubr. si cert. pet. n. 19. b) ita Cuj. in par. C. de cond. ind. & 8. obs. 34. eod. sensu tacitum Cuj. d. loc. præsumtum Petr. Greg. h. tit. nu. 1. vel quasi mutuum dicitur VVes par. de cond. caus. dat. n. 1. c) cum propter singularia quæ indebitò & mutuo pariter in funt, arg. l. 15. si cert. pet. Cuj. d. obs. 34. tum propter effectum, scilicet obligationem & conditionem quæ ex utroq; nascitur l. 5. §. 3. de obl. & act. & eò magis, si res fungibiles indebitè dentur d. obs. 34. & par. C. de cond. ex L. d. tr. 2. ad Afric. idem ad l. 8. de transact. Vult. 2. Iurispr. Rom. c. 8. num. 4. d) pro qualitate causæ, quæ si deficiat, conditio ob causam dati, VVes nu. 1. hic si turpis sit, conditio ob turpem causam, VVes ibid. si erronea, conditio indebiti: si nulla, conditio sine causâ appellatur: de quibus speciebus Alc. ad rubr. Si cert. pet. nu. 14. per l. 52. & 65. de cond. ind. Vult. d. c. 8. e) quam hic pro fine & conditione rectè accipit Cuj. in par. de cond. ob turp. caus. & Vult. d. nu. 8. si detur, ut aliquid fiat: quod tamen Bald. in l. 14. & l. 1. in l. 7. nu. 4. hic, etiã ad causam præsentem extendunt. Illud non interest an pendeat ex voluntate dantis necne, l. 4. & seq. hic. l. 65. §. 3. ibi (noluit) vel (non potuit) de cond. indeb. Duar. hic c. 3. modo scelus dantis non interveniat, l. 2. ubi Acc. Bald. & alii hic. & sufficit eam ab utraq; parte intelligi l. 1. §. fin. l. 2. 13. hic ubi Cost. l. 6. & seq. C. eod. l. 25. C. de transact. Quid si impossibilis sit conditio? Si de jure talis est, cessat conditio: si de facto, tum demum cessabit, si dans sciverit, & per modum causæ aut modi dedit, ut in l. 8. C. hic. non etiã si sit conditionem adiecerit, ut in l. 5. C. eod. ubi vide Dd. & Bart. post gl. Vult. d. c. 8. nu. 10. f) ex contractu innominato l. 7. de præscr. verb. ubi Don. c. 7. per l. 5. §. 2. ibid. ad quem locum adde quæ notavit Gothefred. post Cuj. ad l. 7. de pact. & Govean. 2. var. lect. 27. Et quod de datis dicitur, idem utilitatis gratiæ & ex benigna legis interpretatione receptum est in cautione, quo casu liberatio condicuntur l. 4. C.

Y

hic.

hic item in acceptatione, quo casu pecunia, si debitum parum sit l. 10. hic. vel obligatio, si debeat in diem, condicetur, gl. & Bart. in l. 4. & 10. hic. g) differt ergo à praescriptis verbis actione, qua non ad repetendum, sed implendum, non ad rem, sed interesse datur, ita ad ubi. hic. per l. 5. & t. t. de praeser. verb. Don. d. c. 7. in pr. V. Vef. hic. n. 3. per l. 9. & seq. eod. vide infra disp. 30.

II.

Repetimus autem, cum vel ob culpam debitoris ares secuta non est: vel cum re integra b creditor ob poenitentiam nolit rem sequi c: quo utrog, casu debitoris est periculum d, nisi aliud actum inveniat e.

a) l. 5. juncta l. pen. & in hic l. 5. de cond. caus. dat. unde colligitur datum ob causam tum repeti, quando accipiens eam non implevit, cum posset: unde si ob casum fortuitum causam implere impediatur, conditio cessabit, d. l. pen. quem Vult. d. c. 8. n. 9. interpretandam esse docet ex l. 5. hic. ubi vide qua post Iaf. & Zaf. annotat Gothofred. b) si ve ab initio, si ve ex postfacto red integrata d. l. 5. §. 2. hic. Quod si contractus stipulatione, juramento, vel transactione fuerit confirmatus, non ex hoc sed ex cessationis capite agitur. Iaf. & Cost. hic. c) modo denuntiaverit debitori d. l. 5. §. 1. hic. unde confirmant ex innominato contractu dati hanc conditionem, quia in illis poenitentiae locus non est, neq; oblatio vim habet implementi l. 3. §. 2. & 3. l. 5. pr. & §. 1. & 2. hic. l. 1. §. fin. de rer. permut. Nos de contractu innominato tum accipimus, quando de repetitione nihil nominatum fuerit actum, vide Boer. p. 3. disp. 4. th. 11. alias enim & ex vero contractu conditio haec dabitur, neq; obstant l. 12. C. de R. V. l. 6. 14. C. de resc. vend. l. 5. C. de obl. & act. l. 17. §. 3. commod. &c. quibus negatur in veris contractibus poenitentiae locum esse. Nam id verum est, nisi creditor covenit, ut poenitere possit. Diff. Bart. Bald. Iaf. in d. l. 5. & ult. hic. Cost. in d. l. 17. §. 3. d) creditor enim semper condicet, si ve mora commissa sit, si ve non, ibi ex primo, hic ex secundo capite d. l. 5. §. 6. l. ult. hic. facit & l. 5. §. 1. de praeser. verb. cuius cum d. l. ult. conciliationem vide apud Cuj. 23. obs. 29. Diff. Pac. 3. ant. q. 79. ubi post gl. Bart. & Dd. ait in d. l. ult. dedi ut daret, hoc est, dominium transferres l. 75. §. si. de V. O. quod cum reditor facere non teneatur l. 25. §. 1. de cont. emt. necessario ibi incidit negotium in contractum innominatum, do ut des: Sed in d. l. 5. §. 1. do ut accipiam, hoc est, do ut tradas, ideo qd emtio contrahitur, verum id jam olim refutavit Coras. 2. misc. 9. Sed utrum hoc casu etiam ad interesse agi poterit? Negat gl. in d. l. 5. §. sed et si. in fin. quod sequitur Castr. ibid. Cuj. d. obl. 29. Don. ad tit. de praeser. verb. c. 3. Dua. hic. c. 2. e) quod fieri potest, si vel simpliciter vel jurato conveniat de re data non repetenda. l. 13. §. 1. de don. mort. caus. gl. in l. 5. hic. Cessat etiam poenitentia, si ideo datum sit, ut discedatur a lite l. 65. §. 1. de cond. ind. l. 39. C. de transact. ex capite tamen causae non secuta agi potest l. 23. de cond. ind. Cost. ad l. 2. de transact. per l. 4. hic.

III.

Sequitur conditio ob turpem a causam, qua repetimus datum vel ex causa praeterita, iure tamen improbata b, vel ob causam futuram, & bonis moribus contrariam c: in qua non dantis d, nec utriusq. e, sed solius accipientis f turpitudine attenditur.

a) conventionem alia natura turpes, alia civiliter l. 42. de V. S. & haereticus saeculae vel iure, vel opinione hominum, ut docet Goed. ad d. l. n. 9. & seq. Diff. Acc. & Broch.

de Brech. ibid. Et in turpi conventionē aut promissum duntaxat, aut jam datum est illo casu, si turpido sit notoria, prator actionem denegat l. 5. C. hic. l. 26. 27. de V. O. & conventio nulla est l. 123. de V. O. fin minus, actio conceditur, sed cum doli mali exceptione l. pen. hic. l. 1. C. eod. ita pulchre Foro. in comment. hic vide & Cuj. ad d. l. 26. à quo dissent. Donel. ibid. hoc casu dic, ut paulo post ad lit. E. b) l. 7. hic. & sic pro principio agente causa sumitur. d. l. 65. in pr. de cond. ind. Cujac. parat. D. hic. & tr. 8. ad Afric. ad l. pen. de cond. sine caus. Vult. 2. Jurispr. c. 8. nu. 11. & 13. c) & sic causa pro sine sumitur. Cuj. d. loc. d) puta si quid meretrici detur: quæ quidem turpiter facit, quod est meretrix: at non turpiter accipit, cum sit meretrix l. 4. §. 3. hic. illa igitur non tantum datum retinet, sed & promissum petere potest, ut voluerunt Cyn. Bald. Salic. Sich. in l. 5. C. hic. Va(q. 1. illust. controv. 48. num. 4. Covar. in c. peccatum. de R. l. in 6. part. 2. §. 2. post Panorm. in c. quia pleriq. num. 14. de jur. immun. Diss. gl. & eam secuti multi, inter quos & Zas. ad d. l. 4. §. 3. e) ut si detur judici, ut male judicet l. 3. hic. l. 4. eod. l. 7. & seq. quod met. caus. per rationem quod est in l. 2. & si. C. eod. l. 3. & pen. eod. l. fin. de cond. sine caus. VVes. parat. hic nu. 4. f) quia in superioribus casibus puniuntur is, qui flagitiose dat; & licet utriusq; turpido sit, tamen quia in pari delicto melior est causa possessoris, ideo ei qui dedit conditio denegatur. l. pen. hic. l. 2. C. eod. l. 9. de dol. except. Exemplum ubi solius accipientis turpido versatur, est in iudice, cui datur ut verè judicet, quod repeti posse verius est l. 2. §. 2. ubi Alex. Fulgos. Iaf. Costal. hic. Duaren. c. 3. hic. Dissent. Bart. Salic. Castren. ibid. putantes id omnino corrigi per l. 1. C. de poen. jud. mal. jud. vide Boer. decif. 153. num. 23. & seqq. ubi bene distinguit, quem sequitur Mynf. 2. obf. 75. n. 7. Idem verum est in teste, cui datum ut verè deponat. repeti potest hac conditione Zas. ad d. l. 2. §. 2. Menoch. 2. arb. jud. cent. 4. cas. 310. nu. 1. & 4. Mynf. 6. obf. 67. nu. 1. Quid si res in dividua partim ob honestam, partim ob turpem causam data sit, an condicetur? Et partim rei data: quoad assumptionem condici puto, cum Bart. in l. 3. hic. post Dyn. Dissent. gl. & alii ibid. vide latè Alex. in d. l. 123. de V. O. An amissa per lusum tanquam ex turpi causa data, condicentur? Si ludus saltem consuetudine licitus sine fraude processerit, amissa non repetentur, idq; multo magis si ingenii vel exercitationis causa susceptus fuerit l. 7. §. 4. ad l. Aquil. Sichard. ad rubr. C. hic. nu. 7. Clar. lib. 5. §. ludus. n. 6. & seq. Cacciatup. de iudo nu. 79. latè Covar. ad d. c. part. 2. §. 4.

IV.

Conditio indebiti, ita in specie dicta a, & tum ex vero b, tum quasi contractu c descendens, datur ei d qui per errorem facti e solvit, quod vel omnino non debebat f, vel etsi debebat g, exceptione tamen perpetua defendebatur, ut peti ab ipso non posset h.

a) nam ut ait Hotoman. in comment. hic indebitum opponitur debito, totidemque modis dicitur quot obligatio. At verò obligatio alia naturalis, alia civilis, alia Prætoria: ergò tot modis & indebitum dicitur: naturale ut l. 47. hic. l. penult. C. de inut. stip. l. 1. C. hic. l. 65. §. 2. ad Trebellian. l. 29. §. 5. mand. civile, ut nudo pacto promissum l. 5. §. 1. l. 95. §. 4. de solutione l. 13. 40. hic. l. 19. §. ult. de donat. prætorium, ut l. 43. 26. §. 3. hic. l. 3. §. 1. de pec. constit. l. 66. de reg. jur. Dissent. variè Dd. in speciebus indebiti enumerandis; Acc. in l. 1. hic.

ures etiam, sed aliter atq; nos fecimus, quem sequitur Alberic. & alii. Barr. Zas. & pleriq; in d.l. quatuor, plures ponit Ias. in l. 10. C. de jur. & fact. ign. & Casir. in d. l. 1. bjl. 2. ubi Ias. hic. Dist. Acc. ibid. qui præscriptis, verbis actionem hoc casu dat per l. rebus. C. de res. permitt. cjl. 5. §. 3. de obl. & act. §. item is cui per. Inst. de obl. ex q. contr. d) & heredi. l. 2. ubi Dd. hic. l. 1. §. C. eod. Quod si à duobus pariter solutum sit, pro rata utriq; per l. 15. §. fin. hic. ubi Cost. arg. l. 25. de usufr. l. 25. de solut. sin. impariter, posteriore loco solventi dabitur conditio. d. l. 25. l. ult. §. 2. hic. Quid si duo rei sub disjunctione obligati pariter solvant? electio creditoris est, cui velit reddere ut alterius repetitio impediatur l. 21. hic. qui casus excepti debet, monente Cujacio s. obs. 35. à l. pen. C. hic. in qua Iustinianus sententiam Juliani in l. 32. hic. de obligato alternativè & solvente utrumq; probat, abrogata Vlp. contraria quæ est in l. 26. §. pen. hic. cjl. 1. §. 1. l. 19. §. 1. l. 22. 23. §. fin. hic. idq; ei solventis quam recipientis. Obsecrati enim illo casu donatio præsumitur, l. 9. in fin. C. hic. l. 53. de R. l. ubi P. Fab. n. 7. Dec. n. 4. hoc casu furtum committitur, maximè tamen si solutionem urgeat l. 43. §. 2. per l. seq. & l. 52. §. 21. de furt. Barr. in d. l. 43. Cuj. tr. 7. ad Afric. ad l. 38. §. 1. de solut. Dubitatio autem pro errore habebetur l. fia. C. hic. per l. 1. de legat. 3. l. 14. 15. qui test. fac. Bald. in l. leges. C. de LL. per l. 22. §. 2. C. de furt. P. Fab. ad d. l. 53. nu. 10. Dec. ad l. 19. nu. 3. de R. l. f) neq; natura neq; iure civili l. 26. §. 3. l. 65. §. fin. l. 59. hic. g) iure civili, l. 34. §. 1. de aut. arg. leg. l. 36. de Vi. O. facit l. 88. §. 1. ad L. Falc. l. 95. §. 4. de solut. t. r. Instit. de exc. h) quando illa naturalem obligationem tollit: ut exceptio Vellejani l. 40. pr. hic. doli l. 1. §. 1. de dol. exc. d. l. 88. ad L. Falc. pacti iusti & jurisjurandi l. 43. hic. Hæ enim sola æquitate naturali nituntur, d. l. 1. §. 1. l. 14. de compens. ut etiam hæc conditio l. 65. hic. Secus in exceptione rei judicatæ l. 28. 60. hic. S. Cri. Macedoniani l. 40. hic. l. 9. in fin. ad Maced. l. 9. in fin. si cert. pet. ex edicto Quod quisq; iuris; l. 30. §. fin. quod quisq; iuris; & c. quæ hæc actionem ideò non impediunt, etsi perpetuæ sint, quia obligationem naturalem non tollunt, vide Menoch. 2. arb. jud. cent. 3. cal. 234. & recip. post. remed. r. a. n. 14. ad 39. P. Fab. ad l. 66. de R. l.

V.

*Ut itaq; actio hæc competat, rem indebitam a oportet esse solutam
b: neq; temporaria exceptiones eam inducunt c. Quin imò in diem &
vel conditionem certam debitor ad eò debitor est, ut neq; sortem neq; ac-
cessiones, neq; inter suru medii e temporis nomine quidquam repetere
possit. Quod si dubitetur utrum temporalis an perpetua sit exceptio,
conditio dabitur f: ideò sub conditione aut die simpliciter incerta debi-
tuzum g: ea adhuc pendente poterit repeti.*

a) live solvens fuerit dominus sive non: uterq; enim conditionem habet, ille domini, hic possessionis l. 15. §. 1. hic. nisi possessio consumta sit, quo casu rem solidè repetit d. §. 1. ubi Zas. n. 10. facit l. 13. de mort. caus. donat. Duar. c. 2. hic. b) per solutionem enim aliquid negotii gestum videtur inter contrahentes, l. 2. 93. hic. §. is quoq; Inst. de obl. ex q. contr. ubi Hot. benè distinguit inter rei veritatem & præsumtam legis interpretationem, per l. 3. si cert. pet. l. 51. locat. c) qualis est exceptio pacti, ne intra certu diè petatur, l. 1. §. 1. de cond. & demonst. l. 237. §. 2. de V. O. l. 70. de solut. d) l. 10. 18. 60. in fin. pr. hic. l. 16. de solut. l. 12. de accept. cjl. 13. 26. C. de usur. l. 6. de naut. for. l. 4. C. de pos. l. 49. §. 1. de act. emt. idq; ut commune defendit Robert. l. sent. 26. Dist. Alberic. Fulgos. Ias. ad d. l. 10. Duar. c. 5. hic.

63. hic: quos conciliare nititur invicem Molin. tr. de usur. q. 71. n. 497. f) l. 56. hic. Duar. d. c. 5. hic. g) l. 15. hic. arg. l. 7. pr. de compens. neq; differentie inter conditionem & diem incertam constituenda causa correctionem admittit A. Fab. 4. conjec. c. ult. Diss. Bart. ad l. 17. m. 2. hic. qui post Accurs. in hac differentia vacillantem plenius distinguit. Diss. aliter Cuj. 13. obs. 20. & in quadam praefatione, cujus meminit Gothofred. ad d. l. 16. ubi textum corrigi, quem sequi videtur P. Fab. ad d. l. 66. n. 24. in pr. de R. l.

VI.

Deinde errore facti a solutum esse oportet: femina tamen b, & pupillus sine tutoris autoritate solvens, item furiosus & prodigus indistincte c repetunt. Illud non interest, an quis ipse, aut pro eo alius solvat d.

a) l. 6. 7. C. hic. l. 9. C. ad L. Falc. l. pen. §. si quis. de jur. & fact. ign. l. 10. C. eod. Duar. c. 3. Duo igitur extrema actor probabit, solutionem & ignorantiam sive errorem l. 25. pr. de probat. hęc tamen praesumitur, quia agitur de damno vitando. Bald. in l. 2. n. 3. C. quod met. caus. quo nomine & proprii facti ignorantia tolleratur, ut in l. 22. §. 1. hic. b) beneficium S. Cti Vellejani ignorans l. 9. C. ad S. C. Vel. l. 9. de jur. & fact. ign. c) l. 29. hic. sive scientes, sive errantes tum in jure, tum in facto, quia persona locum facit repetitioni. l. 9. de adq. her. l. 189. ubi Dec. de R. l. l. 25. pr. ubi Cuj. de min. l. 41. hic §. 2. Inst. quib. al. lic. l. 11. de adq. rer. dom. l. 9. in fin. pr. de auth. tut. Robert. 1. sent. 10. Male autem Accurs. & eum secuti dictam l. 29. vel ad causam infirmitatis, vel ad casum l. 9. C. ad L. Falc. referunt, quos refutat P. Fab. ad l. 53. de R. l. n. 15. vide Cuj. 21. obs. 23. & ad l. 127. de V. O. d) l. 6. pr. ubi Cost. l. 57. l. 9. hic. C. eod. l. 80. §. 5. de furt. l. 6. C. eod. arg. l. 15. si cert. per. Cujac. 24. observ. 28.

VII.

Datur hæc conditio adversus eum, qui vel ipse vel per alium a insoluto accepit b: & condicitur vel id ipsum c quod solutum est, vel tantundem & ejus estimatio d, & quidquid præterea de re soluta provenit e, ante litem contestatam f: & quovis loco, licet is qui solvit, certo loco se debere existimavit g.

a) sive cum mandato l. 14. de cond. caus. dat. l. 180. de R. l. & ibi P. Fab. l. 56. de solut. sive ratihabitione l. 43. §. 1. de furt. l. 16. pr. rem rat. hab. b) etiam si à falso debitore suo nomine solvente suum receperit l. 65. §. fin. hic. cum ex parte solventis indebitum aestimetur l. 19. §. 1. hic. l. 5. C. eod. Cuj. ex sententia Accurs. contra Budæum 2. obs. 9. Duar. c. 7. hic. Zas. 1. antin. 14. & in defens. contra Petr. Stelham per tot. c) l. 7. hic. l. 26. in fin. de præser. verb. l. 3. §. 6. C. eod. Sed quid si solutum indebitum bona fide consumsit, vel casu aliquo perdidit? Cessat hæc conditio, nisi locupletior factus sit, l. 3. 14. 65. §. 6. l. 66. hic. Zas. in l. 15. §. 1. n. 6. l. ad n. 7. ibid. d) si quantitas soluta sit, d. l. 7. & d. l. 26. d. l. 65. §. 6. l. 26. §. 12. hic. e) ut accessiones naturales, fructus bona fide percepti, habita tamen impensarum ratione, non usura l. 1. C. hic. Cuj. 8. obs. 34. l. 15. ubi Bart. l. 26. §. 12. l. 65. §. 5. eod. l. 38. §. 2. de usur. l. 27. in fin. de usufr. leg. f) nam post litem contestatam veniunt fructus officio judicis, non jure actionis, facit l. 15. de usur. adde l. 51. §. 1. de pet. her. vide Goëdd. in l. 21. & 35. de V. S. Diss. variè Dd. in d. l. 15. g) l. 27. hic. etiam in eo in quo quis solvit indebitum, unde & ratione quasi contractus forum sortitur.

arg. l. 33. eod. l. 20. de iudic. l. 2. C. de ratiocin. Oper. gl. Bart. Iaf. &c. in d. l. 27. Diff. Gul. de Cuneo, & eum fecuti Vitramontani.

VIII.

Ea verò ut indebita repetimus, quorum retentio ipso iure a nobis competit: quorum autem retentionem opposita doli exceptione b habemus, eorum tantummodo retentionem & possessionem condicimus c. Et, ut verbo dicam, quidquid non ex æquo & bono debetur, id indebitum hoc loco censetur d.

a) l. 41. hic. qualem maritus in dote habet l. 5. de impens. in dot. fact. vide Gœd. ad pr. l. 79. de V. S. n. 7. b) qualem habet is, qui existimans se heredem sumtus in re hereditaria facit, l. 33. in fin. hic. l. 14. de exc. dol. l. 48. de R. V. l. 14. com. div. Cyn. in l. 11. C. de R. V. Iaf. in d. l. 33. nu. 1. & ceteri prope omnes post Acc. ibid. quos & Duar. c. 2. hic. sequitur. Sed id in hac tantum actione, sicut & aliis directis actionibus stricto iure procedere volunt Molin. ad consuet. Paris. t. 1. §. 1. gl. 5. nu. 87. cum seqq. per l. 6. §. 3. de neg. gest. l. 38. de pet. her. vide notas Gothofr. ad d. l. 33. Cuj. 10. obf. i. eleganter Gœd. ad d. l. 79. pr. n. 8. & in fin. c) l. 15. §. 1. l. 40. §. 1. ubi Bart. hic. Duar. d. c. 2. arg. l. 11. §. 1. de acquir. poss. P. Fab. ad d. l. 66. n. 25. d) arg. d. l. 66. l. 64. in fin. l. 15. pr. l. 13. 47. hic. l. 10. de obl. & act. Robert. 1. sent. 6.

IX.

Ex causa igitur cui naturalis obligatio subest a solum reperitur. Talis est obligatio fratrum qui in potestate b Patris constituti contraxerunt.

a) d. l. 13. & l. 64. ubi vide quæ ex Cujacio notat Gothofr. l. frater à fratre. 38. hic. Hic disputatur utrum indebitum solum reperiri possit ab eo, cui solvens ad antidota, sive remunerandi obligatione tenetur? Verius est, quod possit repeti, cum illa obligatio naturalis ne quidem exceptionem parere uspiam dicatur, quæ sententia communis est, Iaf. in l. 5. n. 74. de iust. & iur. & in l. 1. n. 12. hic. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 59. C. de bon. mat. Em. Soar. in comm. opin. lit. E. n. 160. Diff. Fortun. in l. 1. §. 3. de iust. & iur. Zas. 1. respons. 33. n. 22. Covar. in c. cum in officio, nu. 10. de test. b) d. l. 38. si igitur frater post mortem patris solvit pecuniam fratri, tum pro ea parte qua ipse patri heres extitit, repetet: pro altera verò parte, qua frater heres extitit, ita repetet, si non minus ex peculio suo ad fratrem pervenerit, Cuj. tr. 9. ad Afric. ad l. frater. Robert. 1. recept. l. 30. lo. Mercerus lib. singul. ad d. l. Naturalis enim obligatio tam creditoris ipso iure §. 7. Inst. per quas pers. nob. l. 11. pr. si à par. quis manum. l. 9. §. 2. de pecul. lo. Mercer. d. lib. pag. 6. verf. hoc primum controvertum. Pac. ad d. l. frater. pag. 16. ¶l. deinceps. quam debitoris ex æquitate patri est adquisita §. 10. Inst. de act. l. 32. pr. de pecul. arg. l. 10. de R. l. Pac. ad d. l. pag. 18. ¶l. cum frater fratri. Ea autem morte patris solvitur iure confusio nis quoad debitorem l. 21. §. 3. de fideiuss. l. 95. §. 2. de solut. juncta l. 21. pr. ad L. Falc. l. 1. in fi. de novat. l. 7. C. de pact. l. pen. C. de her. act. Cuj. d. loc. ¶l. illud quoque sciendum. vel perceptionis quoad debitorem d. l. frater. ¶l. naturalem. Pac. pag. 20. ¶l. contra filius. Bellon. 4. supput. 9. vide peculiarem Hot. ad d. l. 38. d. putationem, quem propter negationem principio legis additam rectè reprehendunt Rob. & Cuj. dictis locis, & Io. Ant. Lescur. lib. sing. ad d. l. 38. Cui tamen respondeat conatur Hot. in appendice ill. quæst. editionis postrema. Post alios omnes ad hanc l. analysis forensis eleganter confecit Goth. ibid. quem vide,

Cessat hæc conditio, si quid ex causa iudicati a, iurisiurandi b, transactionis c, inficiationis d, pietatis e, deniq; si pœne & nomine aliquod solum sit: item prescriptione 30. annorum eliditur g.

a) l. 1. C. de de re iudic. five iudicio verus debitor absolutus l. 28. hic. five non debitor damnatus solverit l. 60. hic. facit l. 36. §. 1. fam. etc. ubi Bart. & Gothofr. l. 17. pr. C. hic. iuncta l. 68. arg. l. 29. mand. l. 23. §. 1. hic. l. 2. C. de compen. Cujac. tr. 8. ad Afr. ad l. 21. commod. quia res iudicata parit civilem obligationem, confer tamē l. 37. de exc. rei iud. l. 35. de re iud. l. 4. C. eod. Aliud est, si coheredi solvatur in divisione apud arbitrum celebrata, id enim repetitur l. 8. in fin. C. de collat. b) per l. 36. l. 9. §. 1. de iure iur. l. 1. C. d. t. §. 2. quē. Inst. de except. §. item si quis. in ff. de act. c) l. 2. C. hic. et si res nulla media fuerit d. l. 65. §. 1. hic. l. 6. C. de jur. & fact. ign. l. 11. C. de non. num. pec. d) quia crescit in duplum §. 6. Inst. de obl. ex q. cont. ubi Theop. Borch. Mynd. n. 3. Sneyd. n. 4. Hot. ibid. enunc. t. l. 4. ubi Dd. C. hic. e) l. 32. §. 2. cum propter causam favorem, tum quia inficiando crescit Sneyd. §. fin. n. 5. Borch. in fin. ibid. Eadem ratio in sumtibus literarum indebitè solutis militat per ea quæ tradit Everh. in Top. loco, A. dote ad pias causas. Bart. & Alc. in l. 1. in fin. sol. mat. Acc. in l. 1. in fin. C. de stud. lib. urb. Rom. latè Tirac. in tr. de priv. piz. causa per auth. habitā, C. ne fil. pro patre. vide Alc. e. parerg. 21. f) l. 19. p. l. 48. hic. Cuj. 8. obs. 39. l. 46. de R. l. ubi P. Fab. pulchrè id explicat. adde l. 22. de pign. act. l. 52. in fi. pro soc. l. 74. de solut. g) si indebitum à domino solum ignoranter acceptum sit l. 15. §. 1. hic. ubi Alb. Raph. Cuman. Fulg. Alex. per l. 3. pro suo. quos sequitur Zas. ad d. l. 15. §. 1. n. 9. Diff. Bart. ibid. n. 7. quem tueri conatur Taf. ibid. vide & Menoch. rec. cup. poss. remed. 15. n. 419. à quo dissentit VVes. cons. n. 74.

XI.

Est etiam ex promutuo conditio sine causa, adversus eum, apud quem res aliqua sine causa est a, competens: quæ etsi cum ceteris concurrat b, in certis tamen casibus peculiarem sibi locum vindicat c,.

a) five ea ab initio nulla, & tum potissimum competit l. ult. hic. ubi vulgò Dd. five finita, l. 1. §. 2. five secuta non sit. l. 4. eod. Aliter tamen distinguit Alberic. ex l. 65. §. 2. & seq. de cond. indeb. b) l. 2. §. 2. l. 6. de cond. ob turp. caus. VVes. parat. hic. Sine causa enim, & indebitum & ob turpem vel inhonestam causam causa non secuta datum comprehendit Cujac. parat. C. hic. & tract. 8. ad African. ad l. 4. ubi rectè notat dari EX causa præsentis, O B causam verò futuram. Arn. Haerfolt in ad versar. ad hunc tit. n. 1. Old. class. 7. act. 5. n. 4. c) quos Cuj. in parat. C. & Vult. 2. Iurispr. n. 15. ordine recensent. I. conditio chirographi competens vel pecunia non numerata intra biennium l. fin. C. hic. vel debito soluto l. 2. C. eod. II. fructuum à mala fidei possessore consumtorum l. 3. C. hic. III. est in l. 2. hic. IV. in l. 30. §. 2. de act. emt.

XII.

Alia omnino à superioribus est conditio furtiva, non tantum odio furum a, sed & in favorem actoris b introducitur, qua is intendit rem c furto sublatam sibi dari oportere.

a) quo pluribus actionibus teneantur §. planè odio. Inst. de act. tenetur enim & ad exhibendum & rei vindicatione, ut possessor l. 7. §. 1. hic. l. 12. C. de furt. adione

actione verò furti ut fur, d. l. 7. §. 1. hac deniq; conditione, ut & fur & possessor
 l. 8. §. 1. l. fin. hic. Petr. Plat. ad §. sic itaq; n. 2. inst. de act. b) quia datur domino à
 quo tamen nihil datum fuit, quod est contra naturam aliarum conditionum
 omnium. l. 1. §. 12. pr. hic. l. 1. in fin. de cond. trit. l. fin. usufr. quem. cav. Hinc Hotom.
 in d. §. planè odio: enunc. 4. conatur probare non esse civilem sed Prætoriam,
 partim quod à civilibus degeneret; partim quod plerq; ill. hoc tit. deluntæ ex
 libris ICtorum ad Edictum. Sed consecutio nulla est: etenim & in civili jure,
 prout tractatus quilibet tulit, multa hinc inde constituta sunt singularia, ut in
 mutuo l. §. si cert. pet. & eodem titulo ad edictum inscriptæ Leges multæ: neq;
 tamen inde quis effecerit conditionem ex causâ mutui prætoriam esse, non ci-
 vilem. De origine verò hujus conditionis plurimum Dd. controvertunt? Ex
 maleficio oriri putant Dyn. Cyn. Bart. propter l. 10. §. 2. & l. 21. §. 5. de act. rer. a-
 mot. secuti Accurs. in l. 30. pr. de act. emt. quam communem dicit Mayner. ad l.
 11. de R. l. & defendit Cuj. 13. obs. 37. Magis tamen placet opinio Salic. in l. 7. §. fi.
 hic. & post eum Ang. Aretin. in §. 1. inst. de act. qui eam oriri putant ex variis
 causarum figuris propter anomaliam: facit, quod propriè rem persequatur l. 7.
 §. 2. l. 8. pr. hic. licet ei occasione præbeat maleficio, idq; ut probabilis pla-
 cer Vult. 2. Iurispr. 19. n. 29. c) quæ si certa est, certis; sin incerta, incerti conditio-
 nem parit: Illâ soli domino l. 1. hic. hæc tam domino, quam cuilibet bonæ fidei
 possessori l. 1. §. fin. l. 2. de cond. trit. l. 12. §. fin. ubi Bart. num. 4. & seq. hic. l. fin. §. 3.
 C. de furt. V. Vesemb. hic. n. 6. in fin. Vaud. r. var. quaest. 34. Vult. d. loc. num. 25. Diss.
 Acc. in d. l. ult. §. b. furtivam & aliter adhuc Bart. in l. 12. §. 2. hic. n. 2. qui conditio-
 nem incerti competere largiuntur, sed non furtivam.

XIII.

*Datur adversus furem a & quemlibet rei possessorem ex non justâ
 causa b, quin imò adversus eorum heredes c, quatenus heredes sunt d,
 ut restituatur res e cum omni causa f, aut si ea restitui nequeat, præste-
 tur interesse g.*

a) l. 5. to. pr. l. 16. hic. l. 6. §. fin. l. 25. rer. amot. b) ut creditor, cui pecuniâ solutâ
 res pignori data condici potest. l. 3. §. 1. si cert. pet. adde l. 34. de furt. alius casus est
 in l. 32. si cert. pet. l. 1. §. fin. de cond. sine caus. Vult. d. c. 19. n. 28. c) §. fin. Inst. de
 ob. ex delict. l. 2. §. hic. unde satis evincitur propriè non ex delicto descendere hæc
 conditionem, quod, ut dixi thesi proxima ad lit. B. Cuj. putat, propter l. 9. §. ult.
 & seq. de tut. rat. distrah. vide etiam Bart. in l. 9. hic. Accurs. in l. 59. de R. l. quem
 sequitur ibi P. Fab. n. ult. d) non in quantum ad eos pervenit, aut quatenus face-
 re possunt, per l. 9. hic. l. 7. §. fin. eod. ubi Bart. & vulgo Dd. c. fin. ubi g. de sepult.
 V. Ves. parat. hic. n. 6. P. Fab. ad l. 157. §. fin. n. 2. & ad l. 38. n. 20. de R. l. Gui. Mayner. ad
 d. l. 11. n. 3. & 6. de R. l. Sneider. n. 4. ad d. §. planè: & hanc communem dicit Vult. d.
 c. 19. n. 30. Contrarium tentavit Cuj. 7. obs. 37. & cum obstitet d. l. 9. hic. eam 13.
 obs. 37. accepit de herede ejus, qui litem cum actore contestatus est: sed pro com-
 muni eleganter contra Cuj. pugnat A. Fab. 4. conject. 7. e) l. 8. pr. & §. fin. hic. Im-
 pensas an deducere possit, quaritur? & non posse probat l. 13. hic. ubi Bart. g. in l.
 1. C. eod. Sneider. ad d. §. planè. num. 3. adde l. 1. C. de infant. expos. f) l. 8. pr. l. 17. fin.
 hic. l. ult. C. eod. l. 30. de act. emt. l. 46. 67. in fi. de furt. l. 7. C. de eod. ob turp. caus.
 g) l. 3. hic. ubi Bart. n. 1. l. fin. C. eod. etiam si extra rem in lucro consistat. Dd. in d.
 l. 3. id eoq; æstimatio ejus temporis fit, quo res unquam plurimi fuit d. l. 8. §. 1. d.
 l. fin. hic. Cuj. tr. 8. ad Afr. ad l. 37. mand. in fin. & æstimationis diversitas facit, ut
 concurrere cum L. Aquilia possit l. 2. §. 3. de privat. delict.

EPIGRAMMA.

Quò te angusta trahit via, Scmalcaldere? for^{enci}~~um~~
Ingressus altum tramite carpis iter?

Callis ab angustis tibi nomen origine ducis,
Callens angusto scandere calle forum.

I, Themidis tibi vela favent: favet aura volanti
Cancellos passu liberiore pete.

Judicis alta subisubsellia: pergeq; calles
Ferre per angustos callidus artis opes.

Audit fata Themis, quis contradixerit, inquit,
Vati: per ceptos vir mihi surge gradus.

Tu tamen interea contradic hostibus æqui,
Sublimemq; æqui tector habebis equum.

Her. Kirchner Poëta & LL. stud.





actione vero furti in for. 11

c
o
m
p
l
h
g)
l.3.
l.4.
con

380/44/66611(0)

x13<4466611000013






Freie Universität



Berlin



x-rite

colorchecker CLASSIC

100mm